

hymno : *Helff mir Gottes Güte preisen!* pro verbis: *Ihr lieben Kinderlein, sufficere : Ihr Christen insgemein.* Christiani enim promiscue, cujuscunque fuerint ætatis, *filiorum* nomine veniunt in Scripturis, 1. *Joh. II, 12. 13. Joh. XXI, 5.* & alias. Quod autem eodem in hymnologio n. CXCVI, p. 163. in hymno paschali: *CHRIST ist erstanden, pro eo : So loben wir den HERREN JESUM CHRIST, repositum est: den Vater JESU CHRIST ; insipientiam, & corrigendi pruritum, sapit, juxta & illud : CHRISTUS will die Speise, pro Köste, seyn.* Ecquis enim nescit, *Köste und Speise* Germanis æquipollere, imo vero *Köste* potum juxta & cibum includere, quod de voce *Speise* dici vix potest, in Christum vero egregie quadrat. Quodsi τὸ *Köste* ideo respuit, quod hodie obsoleverit, cur ipse adhibuit alio loco, quum dicit: *JESUS CHRISTUS will uns speisen, und auch selbst die Köste seyn,* p. 322. v. 2. Jam quid opus fuit, verba Lutheri: *Dem Teuffel hat er sein Gewalt zerstört, verbeert in aller Gestalt ; cum his commutare: Dem Teuffel hat er seine Macht, zerstört verbeert mit grosser Krafft.* Ut ut enim, qua rem, parum videantur differre, impingunt tamen in regulas rhythmi, & animos infirmorum offendunt. Sed nec illud necessarium erat, ut in aureo plane hymno: *Nun freut euch, lieben Christen gemein ; pro illis : Es war bey Ihm fürwahr kein Schertz ; poneretur : Und daß Er heilte meinen Schmertz.* Vereor enim, ut hoc posterius ejusdem sit ponderis, cujus est ille Germanis receptus loquendi modus, dum recte intelligatur. Alibi pro *Kummer* posuit *Hunger*, aliaque id genus vel sexcenta illo in hymnario invenias, quæ insulsam omnia fingendi & refingendi proterviam arguunt. Et, quid hoc sibi voluerit, quod in hymno: *Was mein GOTT will, &c. pro verbis : Er züchtiget mit massen, positum est : Er tröstet*